



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660**

S. Avstregisilvs C. 20. Maij.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42032**

tutibus contra vitia libertas, is ardor, ut ad eum  
ales flammis ustulandas omnis urbs comporta-  
ret: adeo ut illi, qui his conficiendis vitam susten-  
tarant, ultima paupertas imminiceret, nisi eidem au-  
tor BERNARDINVS fuisse nomen IESV deinceps  
tabellis insculpendi, quo factum brevi est, ut dite-  
seret etiam. Ipse Divus cum de nomine IESV se-  
pè sepius diceret, supra caput suum id ipsum quan-  
doque conspicuum habuit sole splendidius. Supe-  
ri! quis unquam clarior extitit concionator? Ex  
Suria.

*Quid amabilius verecundo adolescenti? quam  
pulchra hac gemma morum in vita & vultu illius?  
quam vera & minimè dubia bona nuncia spei, bone  
indolis index? Quid ita turpeloquii & omnis tur-  
pitudinis fugitans? soror continentiae est. S. Bern.  
serm: 86. in Cant.*

S. AVSTREGISILVS C. 20. Maij.

Purputatum è Regiâ Francicâ Magistrum dabi-  
mus stantibus in bivio, & de devinitatis erga-  
se consilio incertis. AVSTREGISILVS is est, qui à  
parentibus ad curam posteritatis impulsus, post  
longam frustrationem, trium Dynastiarum nomi-  
na totidem membranis inscripta arx impoñuit, ad  
quam trinoctio pervagilaturum se spopondit, cum  
deinde sacerdotum optaturus, cuius sibi nomen sorti-  
tio obtigisset. Verum alterâ ei nocte somnus ob-  
repit, sed qualis esse solet divina patientium: vi-  
dere enim sibi visus est Cælites duos de suo cum  
Iusti judicis filiâ conjugio colloquentes. Eum ju-  
dicem dum vigil postea inquirit, vocari ad sacer-  
dotium se, curamque Ecclesiæ intelligit, quæ scili-  
cket ipsissima Iusti judicis filia est. Neque displice-  
bat conditio à re uxoriâ abhorrenti: injecta ta-  
men.

men, mali dæmonis invidiâ, aliquantilla prope-  
ranti mora est. Betellinus quidam repetundarum  
postulatus AVSTREGISILI nomen apud Guntra-  
mum Regem detulit, calumnia tam speciosa, ut  
duello purganda fuerit. Ad id diversis se luctato-  
res studiis præparabant. AVSTREGISILVS placare  
precibus Numen, argentum omne in pauperes ef-  
fundere, suis se virtutibus magis, quam armis in-  
volvere. Calumniator generosissimo confusus  
equo, dum divinâ vi obtorpescerentem fudit calcâ-  
ribus, ab eodem efferrato effusus animam exhala-  
vit. Nemo dubitavit AVSTREGISILO eum pœnas  
dedisse, qui cā cura liber, à sponsæ sūx (Bituricensis  
Ecclesia fuit) ex voto Episcopus obtigit. Pro dote  
cælum accepit an. DC. X I. nobis quoque aper-  
tum, si exemplo ejus non tam diu, quam cum Deo  
deliberaverimus, quod statuendum est semel.

*Ex Surio.*

*Si voci Dei tui præparas aurem interiorem, suge  
curam exteriorem, ut expedito & vacante interno  
sensu dicas cum Samuele, Loquere Domine, quia  
audit servus tuus. Vox hec non sonat in foro, nec  
auditur in publico; secretum consilium secretum  
querit auditum, S. Bern. Ep. 107.*

S. H O S P I T I V S C . 21. Maij.

HOSPITIVM qui vidisset, omnibus cooperari  
secleribus crederet; qui nosset simulachrum  
esse virtutis pronunciaret. Tanti est, bonum virum  
ex cultu corporis, an animi æstimes. Apud Nicen-  
sem Gallorum urbem altâ abditus turris, onustus  
ferro omniq[ue] reorum squalore deformis, raro  
cum hominibus commercio, cum superis æternis  
agebat, quibus monentibus, iratum Gallis Na-

mca,